81

INCIPIT DE ARRIANIS QUOD NON LICEAT SEMPER
ET PUBLICE DE DO CONTENDERE

Adeos qui in sermone callent sermo nobis est / & de scripturis inci
piamus; ecce ego inquid ad te contumeliosa / sunt enim quidam auribus
prurientes & lingua; Iam uero et uideo etiam mano qui profanorum
uocum nouitatibus / & questionibus adque obiectionibus falsae scientiae
uerborum pugnas; Ad nullam utilitatem mouent ita & enim nominat
paulus omne quod in uerbis superfluum est & curiosum; Qui ipse
uerbi breuitati praedicator est & adsertor / isti ergo de quibus sermo
nobis est & maxime arriani; Utinam quidem sicut linguam & uolu
bilem habent & uehementem / ita etiam uerbis rectis et probabilibus
uterentur / & aliquantulum & iam circa opera mandatorum di uacarent;
Minus fortasse sofiste quidam in uerbis essent & de scripturarum
simplicitate controuersias commouerent; omnes & enim ceteras spi
ecies suas relinquentes ad hoc unum spectant adq; prospiciunt / si quid
forte in questionibus alligent; Aut quomodo simpliciter & fideliter
dicta dissoluant; Sicut nonnumquam in athletico certamine fieri sol&
ubi luctae conludio / non tam quod ad palmam tenditur / quam ostentatio
palesmatis & artis spectantium ad se rapit fauorem; ita & istiau
ditorum plausus captantes in plateis & in publicis contentionibus personant;
et omne conuiuium adque omnem festiuitatem luctosque quoque ipsos
si fuerint ingressi quaestionibus omnia & certaminibus repleant;
ita ut sollemnitas festiuitatem suam / ac per dialecticam & luctus con
solatione careat; Sed & mulierum ingressi conuenticula / quibus utiq;
uernacula esse deb& & alumna simplicitas / inportunis & rapidis
uerborum suorum motibus omnes uerecundiae & pudoris flore dis
poliant; Quo ergo haec ita sunt & malum hoc intollerabiliter proficit
& magnum illud relegionis nostrae mysterium adque fidem quan
dam deducitur / artemque uerborum; in hoc saltim nobis praestant
ut adquiescat quisq; ille est qui huiuscemodi sermocinationum tradidit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0165